Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



56

et ipse ipso · et contra diabolū pugnat · Hec quisquā poterit ex
cusari · qui hostē uincere noluit dū orando cessauit. Ut ta
men in moyse corpus deficiebat · non uoluntas aliquando
cessabat. Si ergo fragilitatis causa in moyse excusari ñ potuit ·
quē admodū in nobis uoluntas poterit excusari · Unde appa
ret uires hosti illū dare qui cessat · et sese ei subicere qui
non orat · qd̄ totū est odisse sua · diligere aliena · sibi ipsū
hostē existere · dū contra hostē nolit uigilē exorare. Hostis
enī dū oras premitur · dū cessas erigitur. Iniuriā nobis ab
homine non numquā inlatā inpatienter qd̄ non licet fe
rimus · et maiorē contumeliā in illū qui intulit reuocamus ·
Tu contumeliā tuā ate tibi inlatā · quomodo te ipsū pote
ris uindicare qui ab alio inlatā sustinere · Aut tu inte uiti
onē cui mandabis · cū contra te ipsū hostē erigis · dum
tū inte non orando admittis oratio uigis · infirmitas hos
tis · Ceterū ipse contra se tela ministrat · qui hostē precū
instantia non fatigat · Quare orationis instantia hostis seui
tia debelletur · Non resumat dū parcimus · non erigatur · dū
aliquando cessamus · Oportet inquit semp orare et non de
ficere · dū oportet dicit necessitatē inducit · Necessitas aū
tanta vi astringitur · ut quod necesse est · etiā si nolis pre
terire · non possis · Deniq; manducandi · bibendi · uestiendi · ne
cessitas · a natura inlata preteriri non potest · sine quibus
uel geri uiuere ista uita non poterit · Aut preter mitte
ista et uiue · sine quibus uiuere non potes · si preter mit
tis · Igitur si ista preter mitti non possunt · sine quibus
uita ista celebrari non potest · quē admodū tutus ab hoste